Gr

descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos alios autem prophetas alios vero evangelistas alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis christi donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi domini nostri. Alleluia.

Omnes gentes plaudite manibus. Versus. Iubilate deo in voce exultationis. Alleluia. Surrexit pa.

In illo tempore. Iohannem. Sublevatis ihesus oculis in celum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum ut et filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam. Hec est autem vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti ihesum christum. Ego te clarificavi super terram opus consummavi quod dedisti michi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti michi de mundo. Tui erant et michi eos dedisti et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia que dedisti michi abs te sunt quia verba que dedisti michi dedi eis et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te exivi et crediderunt quia tu me misisti. Et ego pro eis rogo non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti michi quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt et tua mea sunt et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo et hii in mundo sunt et ego ad te venio.

Offertorium. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube alleluia.

Secreta. Sacrificium tibi domine pro filii tui supplices venerabili ascensione deferimus presta quesumus ut et nos per ipsum his commerciis sacrosanctis ad celestia consurgamus. Per. Prefacio. Quia.

Communio. Pater cum essem cum eis ego servabam eos quos dedisti michi alleluia nunc autem ad te venio non rogo ut tollas eos de mundo alleluia sed ut serves eos a malo alleluia alleluia.

Complenda. Tribue quesumus domine ut per hec sacramenta que sumpsimus illuc tendat christiane devotionis

affectus quo tecum unum est
substantia ipsius xpistus dominus
noster. Amen. In die ascensionis domini.



IRI GALILEI
quid admiramini aspicientes
in celum alleluia quemadmodum vidi
stis eum ascendentem in celum ita ve
niet alleluia alleluia alleluia. Ps. Omnes
gentes plaudite manibus iu
bilate deo in voce exultationis.
Gloria in excelsis. Oratio cum credo.

Concede quesumus omnipotens deus
ut qui hodierna die
unigenitum tuum redemptorem
nostrum ad celos ascen
disse credimus ipsi quo
que mente in celestibus ha
bitemus. Per eundem. In die ista
et in octava. Com. Hodierna die.

Lectio actuum apostolorum.
Primum quidem sermo
nem feci de omnibus
o theophile que cepit ihesus
facere et docere usque in
diem qua precipiens apostolis
per spiritum sanctum quos elegit
assumptus est. Quibus
et prebuit se ipsum vi
vum post passionem suam
in multis argumentis per
dies quadraginta appa
rens eis et loquens de reg
no dei. Et convescens pre
cepit eis ab ierusolimis ne
discederent sed expecta
rent promissionem patris quam
audistis inquit per os me
um quia iohannes quidem
baptizavit aqua vos autem
baptizabimini spiritu sancto
non post multos hos dies.
Igitur qui ~~convenerant~~ cum
venerant interrogabant
eum dicentes. Domine si in tempore
hoc restitues regnum israel.
Dixit autem eis. Non est
vestrum nosse tempora vel momen
ta que pater posuit in sua
potestate sed accipietis vir
tutem supervenientis spiritus
sancti in vos. Et eritis michi
testes in ierusalem et in omni
iudea et samaria et usque
ad ultimum terre. Et cum
hec dixisset videntibus
illis elevatus est et nu
bes suscepit illum ab oculis
eorum. Cumque intuerentur
in celum euntem illum ecce
duo viri astiterunt iuxta
illos in vestibus albis
qui et dixerunt. Viri
galilei quid statis aspi